Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25977
Copyright: Admont, Benediktinerstift

iouiniani uolumina inquibus dolet uirginitate nuptiis. &
nuptias digamie. & digamia poligamie ee prelata. nec re
cordatur stolidissimus. & scortorū pulcibus pparatus nos
ipso duxisse opere. Non dampno digamos immo nec trigamos. & fieri potest octogamus. Plus aliquid inferā. etiā scortatore recipiā penitentie. Quicquid equaliter licet equali lance pensandū ē. Legat eiusdē operis apologia quā ante annos plurimos aduersus magistrū eius gaudens roma suscepit. & tunc animaduertet. id aliens se uocibus blasphemare. & intantū ee imperitū. ut ne maledicta quidē habeat ppria. si inimicorū etiā olim sepultorū contra nos utatur rabie. Iam ppositū aggredendū ē. opus. Incipit

Expositio. Liber primus.

Cap. 1

Verba Hieremie filii Helchie de sacerdotibus qui fuerunt in anathot in terra beniamin. quod factū est uerbū dni ad eū in diebus iosie filii amon regis iuda. in tercio decimo anno regni eius. Et factū est in diebus ioachim filii iosie regis iuda. usq; ad consūmationē undecimi anni sedechie filii iosie regis iuda. usq; ad transmigrationē hierlim in mense quinto. Ceteri pphete ut esyas. osee. iohel fuerunt ante captiuitatē decē tribuū siue duarū tribuū iude & beniamin. alii post captiuitatē ut daniel aggeus & zacharias. hieremias ū & ezechiel imminente captiuitate uaticinia texuerunt. si alter eorū in terra iuda. alter in babilone.

Hieremias cū esset adhuc puer. pphetare cepit. anno tercio decimo iosie filii amon regis iuda. pphetauitq; in tpio eius decē annis & nouē. & postea sub ioachim filio ei annis undecim. & sub sedechia qui ultimus fuit regū iuda annis undecim. usq; ad quintū mense quando a babiloniis capta ē hierusalem. Ioachaz ū & iechonie terni menses